

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. VAL. MARTIALIS

Martialis, Marcus Valerius

AMSTELODAMI, 1628

Liber IV.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-711](#)

Ad cerdonem. 99.

Irasci nostro non debes, cerdo, libello;
Ars tua, non vita est carniue læsa meo.
Innocuos permitte sales, cur ludere nobis.
Non liceat, licuit si jugulare tibi?

Ad Rufum. 100.

Cursum, sexta tibi, Rufe, remisimus hora,
Carmina quem madidum nostra tulisse reor;
Imbris immodicis cœlum nam forte ruebat.
Non aliter mitti debuit iste liber.

M. V A L.

MARTIALIS

Epigrammatum

LIBER. IV.

De natali Cesaris. I.

Cæsaris alma dies, & luce sacratior illa
Conscia Dictæum quâ tulit Ida Iovem;
Longa precor, Pylioq; veni numerosior ævo;
Semper & hoc vultu, vel meliore, nite.
Hic colat Albano Tritonida multus in auro,
Perque manus tantas plurima quercus eat.
Hic colat ingenti redeuntia sœcula lustro,
Et quæ Romuleus sacra Terentus habet.
Magna quidem, Superi, petimus; sed debita terre;
Pro tanto quæ sunt improba vota Deo?

De Horatio spectaculorum die inde-
center vestito. 2.

Spectabat modo solus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis,
Cum plebs, & minor ordo, maximusque:
Sancto cum Duce candidus federet.
Toto nix cecidit repente coelo:
Albis spectat Horatius lacernis.

De nivibus ejusdem diei. 3.

Adspice quam densum tacitarum vellus aquarum
Defluat in vultus Cæsar is, inque fiaus.
Indulget tamen ille Iovi, nec vertice moto
Concretas pigro frigore rideret aquas,
Sidus Hyperborei solitus lassare Bootæ,
Et madidis Hélicen dissimulare comis.
Qui siccis lascivit aquis, & ab æthere ludit,
Suspicio has pueri Cæsar is esse nives.

In Bassam. 4.

Quod siccæ redolet palus lacunæ,
Crudarum nebulæ quod Albularum,
Piscinæ vetus aura quod marinæ,
Quod pressa piger hircus in capella,
Lassi Bardajici os quod evocati,
Quod bis murice vellus inquinatum,
Quod jejunia Sabbatariorum,
Moestorum quod anhelitus reorum,
Quod spuma moriens lucerna Ledæ,
Quod ceromata fæce de Sabina,
Quod vulpis fuga, viperæ cubile,
Mallem, quam quod oles, olere Bassa.

Ad Fabianum. 5.

Vir bonus & pauper, linguaque & pectore verus,
Quid tibi vis, urbem qui, Fabiane, petis?
Qui sec leno potes, nec comissator haberi,
Nec pavidos tristi voce citare reos.
Nec potes uxorem cari corrumpere amici:
Nec potes algentes arrigere ad vetulas.
Vendere nec vanos circum pallatia fumos:
Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.
Vnde miser vives, homo fidus, cerrus amicus?
Hoc nihil est. nunquam sic Philomelus eris.

In Malisianum. 6.

Credi virginе castior pudica,
Et frontis teneræ cupis videri,
Cum sis improbior, Malisiane,
Quam qui compositos metro Tibulli
Stellæ recitat domo libellos.

Ad Hyllum. 7.

Cur here quod dederas, hodie puer Hylle negasti?
 Durus tam subito, qui modo mitis eras?
 Sed jam caussaris barbamque, annosque, pilosque:
 O nox quam longa es, quæ facis una senem!
 Quid nos derides? here qui puer, Hylle, fuisti,
 Dic nobis, hodie qua ratione vix es?

Ad Euphemum de horis. 8.

Prima salutantes atque altera conterit hora:
 Exercet raucos tertia caussidicos.
 In quintam varios extendit Roma labores;
 Sexta quies lassis, septima finis erit.
 Sufficit in nonam nitidis octava palæstris:
 Imperat excelsos frangere bona toros.
 Hora libellorum decima est, Eupheme, meorum,
 Temperat ambrifrias cum tuâ curâ dapes:
 Et bonus ætherio laxatur nectare Cæsar,
 Ingentique tenet pocula parca manu.
 Tunc admittit jocos: gressu timet ire licenti
 Ad matutinum nostra Thalia Iovem.

In Fabullam. 9.

Sotæ filia clinici, Fabulla,
 Deserto sequeris Clituni marito,
 Et donas & amas, έχεις ἀσώτως.

Faustino librum mittit. 10.

Dū novus est, neq; adhuc rasa mihi fronte libel-
 Pagina dum tangi non bene sicca timet, (lus,
 I puer, & caro perfer leve munus amico,
 Qui meruit rugas primus habere meas.
 Curre, sed instructus; comitetur Punica librum
 Spongia: muneribus convenit illa meis.
 Non possunt nostros multæ, Faustine, lituræ
 Eniendare jocos: una litura potest.

In Saturninum. 11.

Dum nimium vano tumefactus nomine gaudes,
 Et Saturninum te miser esse pudet:
 Impia Parrhasia movisti bella sub ursa,
 Qualia qui Phariae conjugis arma tulit.
 Exciderat ne adeo fatum tibi nominis hujus,
 Obfruit Actiaci quod gravis ira freti?

An tibi promisit Rhenus, quod non dedit illi
Nilus, & Arctois plus licuisset aquis?
Ille etiam dixi stris Antonius occidit armis:
Qui tibi collatus, perfide, Cæsar erat.

In Thaidem. 12.

Nulli, Thai, negas. sed si te non pudet istud,
Hoc saltē pudeat, Thai, negare nihil.

*Ad Rufum de nuptiis Pudentis &
Claudia Peregrina. 13.*

Claudia, Rufe, meo nubis Peregrina Pudenti:
Macte esto redi o Hymenæe tuis.
Tam bene rara suo miscentur cinnama nardo;
Massica Theseis tam bene vina favis.
Nec melius teneris junguntur vitibus ulmi;
Nec plus lotos aquas, littora myrtus amat.
Candida perpetuo reside Concordia lecto.
Tamque pari semper fit Venus æqua jugo.
Diligat illa senem quondam: sed & ipsa marie,
Vt ac quoque cum fuerit, non videatur anus.

Ad Silium Italicum. 14.

Sili Castalidum decus sororum,
Qui perjuria barbari furoris
Ingenti prenisi ore, perfidosque
Astus Hannibal's, levesque Poenos
Magnis cedere cogis Africanis :
Paullum seposita severitate,
Dum blanda vagus alea December
Incertis sonat hinc & hinc frithillis,
Et ludit * rota nequiore talo ;
Nostris otia commoda Camoenis.
Nec torva lege fronte, sed remissa
Lascivis madidos jocis libellos,
Sic forsan tener ausus est Catullus
Magno mittere passerem Maroni.

Ad Cacilianum. 15.

Mille tibi nummos hesterna nocte rogant
In sex aut septem, Cæciliane, dies;
Non habeo, dixi: sed tu caussatus amici
Adventum, lanoem paucaque vasa rogas.

Stultus

ALIS
dedit illi
uis?
ernis;
rat.

et istud,
nibil.
denti;
13.
Pudent
na nardo;
vis.
s ulmi;
us amar,
lecto.
qua jugo,
psa man
eatur am
14.

EPIGRAMMAT. LIB. IV. 87

Stultus es? an stultum me credis, amice? negavi
Mille tibi nummos, millia quinque dabo?

In Gallum. 16.

Privignum non esse tuæ te, Galle, novercæ
Rumor erat, conjux dum fuit illa patris.
Non tamen hoc poterat vivo genitore probari.
Iam nusquam pater est, Galle, noverca domi est.
Magnus ab infernis revocetur Tullius umbris,
Et te defendat Regulus ipse licet:
Non potes absolviri: nam quæ non definit esse
Post patrem, numquam, Galle, noverca fuit.

Ad. Paullum. 17.

Facere in Lyciscam, Paulle, me jubes versus,
Quibus illa lectis rubeat, & sit irata.
O Paulle, malus es: irrumare vis solus.

De puerō stillicidii glacie ju-
gulato. 18.

Qua vicina pluit Vipsanis porta columnis,
Et madet assiduo lubricus imbre lapis,
In jugulum pueri, qui roscida testa subibat,
Decidit hiberno prægravis unda gelu.
Cumque peregisset miseri crudelia fata,
Tabuit in calido vulnere mucro tener.
Quid non fæva sibi voluit Fortuna licere?
Aut ubi mors non est, si jugulatis aquæ?

De endromide. 19.

Hanc tibi Sequanicæ pingueem textricis alumnam,
Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet,
Sordida, sed gelido non aspernanda Decembri
Dona; peregrinam mittimus endromida.
Seu lentum ceroma teris, tepidumve trigona,
Sive harpasta manu pulverulenta rapis;
Plumea seu laxi partiris pondera follis;
Sive levem cursu vincere quæris Atham:
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus,
Neve gravis subita te premat Iris aqua:
Ridebis ventos hoc munere tectus & imbræ;
Nec sic in Tyria sindone tutus eris.

De Cærellia & Gellia ad Collinum. 20.

Dicit se vetulam cum sit Cærellia puppa :
 Puppam se dicit Gellia , cum sit anus.
 Ferre nec hanc possis, possis, Colline, nec illam :
 Altera ridicula est, altera putidula.

De Selio. 21.

Nullos esse deos , inane cœlum
 Affirmat Selius, probatque ; quod se
 Factum, dum negat hoc, videt beatum.

De Cleopatra. 22.

Primos passa thoros, & adhuc placanda marito,
 Merferat in nitidos se Cleopatra lacus ;
 Dum fugit amplexus: sed prodidit unda latētem;
 Lucebat totis cum tegeretur aquis.
 Candida sic puro numerantur lilia vitro :
 Sic prohibet tenuis gemma latere rosas.
 In silui, mersusque vadis luctantia carpsi
 Basia, perspicuae plus vetuistis aquæ.

De Brutiano, Poeta Graco. 23.

Dum tu lenta nimis, diuque queris,
 Quis primus tibi, quisve sit secundus ;
 Grajum quisve epigramma comparabit ;
 Palmam Callimachus, Thalia, de se
 Facundo dedit ipse Brutiano.
 Qui si Cecropio satur lepore,
 Romanæ sale luserit Minervæ :
 Illi me facias, precor, secundum.

De Lycori, ad Fabianum. 24.

Omnes, quas habuit, Fabiane, Lycoris amicas
 Extulit, uxori fiat amica meæ.

De littoribus Altini & Aquileja. 25.

Amula Bajanis Altini littora villis,
 Et Phaethontei conscia silva rogi,
 Quæque Antenoreo Dryadum pulcherrima Fauno
 Nupsit ad Euganeos sola puella lacus,
 Et tu Ledæo felix Aquileja Timavo,
 Hic ubi septenas Cyllarus hausit aquas,

Vos eritis nostræ portus, requiesque senectæ,
Si juris fueriat otia nostra sui.

Ad Posthumum. 26.

Quod te mane domi toto non vidimus anno,
Vis dicam, quantum, Posthume, perdiderim?
Tricenos, puto, bis; vicenos ter, puto, nummos.
Ignoasca: togulam, Posthume, pluris emo.

Ad Cæsarem. 27.

Sæpe meos laudare soles, Auguste, libellos.
Invidus, ecce, negat: non minus ergo soles.
Quid! quod honorato non sola voce dedisti;
Non aliis poterat quæ date doua mihi.
Ecce iterum nigros corrodit lividus ungues.
Da, Cæsar, tanto tu magis ut doleat.

De Chloe. 28.

Donasti tenero, Chloe, Luperco,
Hispanas, Tyriaskæ, coccinasque,
Et lotam tepido togam Galeſo,
Indos fardonichas, Scythaſ simaragdos,
Et centum dominos novæ monetæ;
Et quidquid petit usque & usque donas.
Væ glabrioria, vae tibi misella:
Nudam te statuet tuus Lupercus.

Ad Pudentem. 29.

Obstat, care Pudens, nostris sua turba libellis:
Lectoremque frequens laſſat & implet opus.
Rara juvant. primis sic major gratia pomis:
Hibernæ pretium sic meruere rosæ.
Sic spoliatrixem commendat fastus amicam:
Janua nec juvenem semper aperta tenet.
Sæpius in libro memoratur Persius uno,
Quam levis in tota Mæſtus Amazonide.
Tu quoque de nostris releges quemcunq; libellis,
Eſſe puta ſolum: ſic tibi pluris erit.

De pīſcībus Bajanis. 30.

Bajano procul à lacu monemus
Piscator fuge, ne nocens recedas.
Sacris pīſcībus hæ natantur undæ,
Qui norunt dominum, manumq; lambunt

90 M. V A L. M A R T I A L I S

Illam, qua nihil est in orbe majus.
Quid, quod nomen habent, &c ad magistri
Vocem quisque sui venit citatus.
Hoc quondam Lybis improbus profundo,
Dum prædam calamo tremente ducit,
Raptis luminibus repente coecus
Captum non potuit videre pisces :
Et nunc sacrilegos perosus hamos,
Bajanos sedet ad lacus rogator.
At tu, dum potes, innocens recede ;
Iactis simplicibus cibis in undas,
Et pisces venerare dedicatos.

Ad Hippodamum. 31.

Quod cupis in nostris dicique legique libellis,
Et nonnullus honos creditur esse tibi.
Ne valeam, si non res est gratissima nobis,
Et volo te chartis inferuisse meis.
Sed tu nomen habes * averso fonte fororum
Impositum, mater quod tibi dura dedit.
Quod nec Melpomene, quod nec Polyhymnia pos-
sit,
Nec pia cum Phœbo dicere Calliope.
Ergo aliquod gratum Musis tibi nomen adopta.
Non semper belle dicitur Hippodamus.
** aversa fronte*

De ape electro inclusa. 32.

Et latet & lucet I'haëthontide condita gutta,
Ut videatur apis nectare clusa suo :
Dignum tantorum pretium tulit illa laborum,
Credibile est ipsam sic voluisse mori.

Ad Sosbianum. 33.

Plena laboratis habeas cum scrinia librī,
Emītis quare, Sosibiane, nihil ?
Edent heredes, inquis, mea carmina. quando ?
Tempus erat jam te, Sosibiane, legi.

Ad Attalum. 34.

Sordida cum tibi sit, verum tamen, Attale, dixit,
Quisquis te niveam dixit habere togam.

De

De pugna damarum. 35.

Frontibus adversis molles concurrere damas
 Vidimus, & fati sorte jacere pari.
 Spectavere canes prædam, stupuitque superbus
 Venator, cultro nil supereesse suo.
 Vnde leves animi tanto caluere furore?
 Sic pugnant tauri, sic cecidere viri.

Ad Olum. 36.

Cana est barba tibi, nigra est coma. tingere bar-
 bam
 Non potes, hec caussa est, sed potes, Ole, comā.

Ad Afrum. 37.

Centum Coranus, & ducenta Mancinus,
 Trecenta debet Titius, hoc bis Albinus,
 Decies Sabinus, alterumque Serranus.
 Ex insulis, fundisque tricies soldūm,
 Ex pecore redeunt ter ducena Parmensi,
 Totis diebus, Afer, hoc mihi narras:
 Et teneo melius ista quam' meum nomen:
 Numeres oporet aliquid, ut pati possim:
 Quotidianam refice nauseam numniis.
 Audire gratis, Afer, ista non possum.

Ad Gallam. 38.

Galla nega; satiatur amor, nisi gaudia torquent:
 Sed noli nimium, Galla, negare diu.

Ad Charinum. 39.

Argenti genus omne comparasti,
 Et solus veteres Myronis artes,
 Solus Praxitelis manus, Scopæque,
 Solus Phidiaci toxema cæli,
 Solus Mentoreos habes labores.
 Nec desunt tibi vera Grantiana,
 Nec quæ Callaïco linuntur auro,
 Nec mensis anaglypta de paternis.
 Argentum tamen inter omne, miror,
 Quare non habeas, Charine, purum.

Ad Posthumum. 40.

Atria Pisonum stabant cum stemmate toto,
 Et docti Senecæ ter numeranda domus.
 Praetuli-

92 M. V A L. M A R T I A L I S

Prætulimus tantis solum te, Posthume, regnis;
 Pauper eras, & eques, sed mihi consul eras.
 Tecum ter denas numeravi, Posthume, brumas;
 Communis nobis lectus & unus erat.
 Iam donare potes, jani perdere, plenus honorum,
 Largus opum: exspecto, Posthume, quid facias,
 Nil facis: & serum est alium mihi querere regem,
 Hoc, Fortuna, placet? Posthumus imposuit.

In male recitantem. 41.
 Quid recitaturus circundas vellera collo?
 Conveniunt nostris auribus illa magis:

*Ad Flaccum, qualem puerum
velit. 42.*

Si quis forte mihi posset præstare roganti,
 Audi, quem puerum, Flacce, rogare velim.
 Niliacis primum puer is nascatur in oris:
 Nequitas tellus scit dare nulla magis.
 Sit nive candidor: namque in Mareotide fusca
 Pulchrior est, quanto rarior iste color.
 Lumina sideribus certent, mollesque flagellent
 Golla comæ: tortas non amo, Flacce, comas.
 Frons brevis, atq; modus breviter fit naribus un-
 Pæstanis rubeant æmula labra rosis. (cis;
 Sæpe & nolentem cogat, nolitque volentem:
 Liberior domino sæpe sit ille suo.
 Et timeat pueros, excludat sæpe puellas.
 Vir reliquis, uni sit puer ille mihi
 Iam scio, nec fallis: nā me quoq; judice verum est;
 Talis erat, dices, noster Amazonicus.

In Coracinum. 43.

Non dixi, Coracine, te cinædum:
 Non sum tam temerarius, nec audax,
 Nec mendacia qui loquar libenter.
 Si dixi, Coracine, te cinædum,
 Irratum mihi Pontiæ lagenam,
 Irratum calicem mihi Metili:
 Iuro per Syrios tibi tumores,
 Iuro per Berecynthios furores.
 Quod dixi tamen, hoc leve & pusillum est;
 Quod notum est, quod & ipse non negabis:
 Dixi tē, Coracine, cunnilingum.

ALIS
ne, regnis;
onsul eras.
ne, brumas;
rat.
us honorum
quid faci
erere reges
imposuit.

I.
ollo?
agis:

seruno

anti.
e velim.
ris:
is.
ide fusa
or.
dagellent
comas.
naribus
(ci;
ntem:
as.

verum ab:

st;
it;

De Vesuio monte. 44.

Hic est pampineis viridis modo Vésvius umbris:
Preferat hic madidos nobilis uva lacus.
Hæc juga quā Nysæ colles plus Bacchus amavit:
Hoc nuper Satyri monte dedere choros.
Hæc Veneris sedes, Lacedæmonē gratior illi:
Hic locus Herculeo nomine clarus erat.
Cuncta jacent flaminis, &c tristi mersa favilla:
Nec superi vellent hoc licuisse sibi.

*Votum Parthenii ad Phœbum pro
Burro. F. 45.*

Hæc tibi pro nato plena dat lætus acerra,
Phœbe, Palatinus munera Parthenius.
Ut qui prima novo signat quinquennia lustro,
Impleat innumeras Burrus Olympiadæ.
Fac rata vota patris. sic te tua diligat arbor,
Gaudeat & certa virginitate soror.
Perpetuo sic flore mices: sic denique nos fint
Tam longæ Bromio, quam tibi, Phœbe, comæ.

De Sabello. 46.

Saturnalia divitem Sabellum
Fecerunt. merito tumet Sabellus:
Nec quemquam putat esse, prædicatque
Inter caussidicos beatorem.
Hos fastus, animosque dat Sabello.
Farris semodius, fabæque fresæ,
Et thuris, piperisque tres felibræ,
Et Lucanica ventre cum Falisco,
Et nigri Syra defruti lagenæ,
Et ficus Libyca gelata testa,
Cum bulbis, cochleisque, caseoque:
Piceno quoque venit à cliente
Parcae cistula non capax olivæ,
Et craffo figuli polita coeno
Septenaria synthesis Sagunti,
Hispanæ luteum rotæ toreumæ,
Et lato variata mappa clavo.
Saturnalia fructuofiora
Annis non habuit decem Sabellus.

De Phaethonte encaustico. 47.

Encaustus Phaethon tabula depictus in hac est.
Quid tibi vis, dipyron qui Phaethonta facis?

In Papilum. 48.

Percidi gaudes; percisus, Papile, ploras:
Cur quae vis fieri, Papile, facta doles?
Pœnitet obscoenæ pruriginis? an magis illud:
Fles, quod percidi, Papile, defieris?

Ad Flaccum. 49.

Nescis, crede mihi, quid sint epigraminata, Flacce,
Qui tantum lusus illa jocosque putas.
Ille magis ludit, qui scribit prandia sœvi
Tereos: aut coenam, crude Thyesta, tuam.
Aut puer liquidas aprantem Daedalon alas,
Pascentem Siculas aut Polyphemon aves.
A nostris procul est omnis vesica libellis,
Musæ nec insano syrmate nostra tumet.
Illâ tamen laudant omnes, mirantur, adorant.
Confiteor: laudant illa, sed ista legunt.

In Thaidem. 50.

Quid me, Thai, senem subinde dicis?
Nemo est, Thai, senex ad irrumandum.

Ad Cæcilianum. 51.

Cum tibi non essent sex millia, Cæciliæ,
Ingenti † late vectus es hexaphoro: † laxe
Postquam bis decies tribuit Dea cæca, sinumque
Ruperunt nummi, factus es, ecce, pedes.
Quid tibi pro meritis, & tantis laudibus optem⁹
Di reddant sellam, Cæciliæ, tibi.

In Hedylum. 52.

Gestari junctis nisi desinis, Hedyle, capris:
Qui modo ficus eras, iam caprificus eris.

Ad Cosmum. 53.

Hunc, quem saepe vides inter penetralia nostræ
Pallados, & templi limina, Cosme, novi,

Cum.

Cum baculo, peraque senem : cui cana, putrisque
 Stat coma, & in pectus sordida barba cadit :
 Cerea quem nudi tegit uxor abolia grabati :
 Cui dñ latratos obvia turba cibos :
 Else putas Cynicum, deceptus imagine falsa.
 Non est hic Cynicus, Cosme: quid ergo? canis.

Ad Colinum. 54.

O cui Tarpejas licuit contingere quercus,
 Et meritas prima cingere fronde comas ;
 Si lapis, utaris totis, Colline, diebus,
 Extremumqne tibi semper adesie putes.
 Lanificas nulli tres exorare puellas
 Contigit . observant quem statuere diem.
 Divitior Crispo, Thrasea constantior ipso,
 Lautior & nitido sis Meliore licet,
 Nil adicit penso Lachesis, fusos que sororum
 Explicat, & semper de tribus una secat.

Ad Lucium. 55.

Luci , gloria temporum tuorum,
 Qui * Gaurum veterem, Tagumque nostrum
 Arpis cedere non finis disertis ; * Grajum
 Argivas generatus inter urbes
 Thebas carmine cantet, aut Mycenas,
 Aut claram Rhodon , aut libidinosæ
 Ledæas Lacedæmonis palestras :
 Nos Celtis genitos & ex Iberis
 Nostræ nomina duriora. terræ
 Grato non pudeat referre versu :
 Sævo Bilbili optimam metallo,
 Quæ vincit Chalybasque, Noricosque :
 Et ferro Plateam suo sonantem,
 Quam fluctu tenai, sed inquieto,
 Armorum Salo temperator ambit :
 Tutelamque, chorosque Rixamarum,
 Et convivia festa Carduarum,
 Et textis Peteron rosis rubentem,
 Atque antiqua patrum theatra Rigas :
 Et certos jaculo levi Silaos :
 Turgentisque lacus, Petuhæque,
 Et parvæ vada pura Vetonissæ :
 Et sanctum Baradonis ilicetum,
 Per quod vel piger ambulat viator :
 Et quæ fortibus excolit juvenci

Curvæ

96 M. V A L. M A R T I A L I S
Curvæ Manlius arva Matinæ.
Hæc tam rustica , delicate lector,
Rides nomina ? rideas licebit.
Hæc tam rustica malo, quam Butuntos.

In Gargilianum. 56.

Munera quod senibus viduisque ingentia mitti,
Vis te munificum, Gargiliane, vocem.
Sordidius nihil est, nihil est te spurcius uno,
Qui pores insidias dona vocare tuas.
Sic avidis fallax indulget priscibus hamus :
Callida sic stultas decipit esca feras.
Quid sit largiri, quid sit donare : docebo,
Si nescis : dona , Gargiliane, mihi.

Ad Faustinum, Tiburis otian-
tem. 57.

Dum nos blanda tenent lascivi stagna Lucrini,
Et quæ pumiceis fontibus antra calent :
Tū colis Argivi regnum, Faustine, coloni,
Quo te bis decimus ducit ab urbe lapis.
Horrida sed fervent Nemeæi pectora monstri :
Nec satis est, Bajas igne calere suo.
Ergo sacri fontes, & littora grata valete,
Nympharum pariter, Nereidumque domus.
Herculeos colles gelida vos vincite bruma
Nunc Tiburtinis cedite frigoribus.

In Gallam. 58.

In tenebris lugē amissum, Galla, maritum :
Nam plorare pudet te , puto, Galla, virum.

De vipera electro inclusa. 59.
Flentibus Heliadum ramis dum viperæ repix,
Fluxit in obstantem succina gutta feram ;
Quæ dum miratur pingui se rore teneri,
Concreto riguit vincta repente gelu.
Ne tibi regali placeas, Cleopatra, sepulcro.
Vipera si tumulo nobiliore jacer.

De obitu Curiati. 60.

Ardea solstitio, Castranaque rura petantur;
Quique Cleonæo sidere fervet ager :
Cum Tiburtinas damnet Curiatius auras,
Iores laudatas ad Stygæ missus aquas.

Nullo

Nullo fata loco possis excludere: cum mors
Venerit, in medio Tibure Sardinia est.

In Mancinum. 61.

Donasse amicum tibi ducenta, Mancine,
Nuper superbo laetus ore jactasti.
Quartus dies est, in schola poëtarum
Dum fabulainur, millibus decem dixi
Emtas lacernas munus esse Pompillæ.
Sardonycha verum, lineisque ter cinctum,
Duasque similes fluctibus maris gemmas
Dediisse Bassam, Cæliamque jurasti.
Here de theatro, Pollione cantante,
Cum subito abires, dum fugis, loquebaris
Hereditatis tibi trecenta venisse,
Et mane centum, & post meridiem centum.
Quid tibi sodales fecimus mali tantum?
Miserere jam crudelis, & file tandem.
Aut, si tacere lingua non potest ista,
Aliquando narra, quod velimus audire.

De Lycori. 62.

Tibur in Herculeum migravit nigra Lycoris,
Omnia dum fieri candida credit ibi.

De Cærellia. 63.

Dum petit a Baulis mater Cærellia Bajas,
Occidit insani crimine niersa fratri.
Gloria quanta perit vobis! hæc monstra Neroni
Nec quondam jussæ præstiteratis aquæ.

De hortis Iulii Martialis. 64.

Iuli jugera pauca Martialis,
Hortis Hesperidum beatiora,
Longo Ianiculi jugo recumbunt.
Latij collibus imminent recessus
Et planus modico tumore vertex
Cœlo perfruitur sereniore;
Et cutyas nebula tegente valles
Solus luce niter péculari:
Puris leniter admoventur astris
Celsæ culmina delicata villæ;
Hinc septem dominos videre montes,
Et totam licet æstimare Röinam:
Albanos quoque Tusculosque colles,
Et quodcumque jacet sub urbe frigus;

98 M. VAL. MARTIALIS

Fidens veteres, brevesque Rubras,
 Et quod virgineo cruore gauder
 Annæ pomiferum nemus Peraunæ.
 Illic Flaminiae, Salariæque.
 Gestator patet, esedo tacente,
 Ne blando rota sit molesta somno ;
 Quieni nec rumpere nauticum celestis,
 Nec clamor valet helciariorum :
 Cum sit tam prope Mulvius, sacrumque
 Lapsæ per Tiberim volent carinæ.
 Hoc rus, seu potius domus vocanda est,
 Commendat dominus; tuam putabis.
 Tam non iuvida, tamque liberalis,
 Tam comi patet hospitalitate.
 Credas Alcinoi pios Penates,
 Aut facti modo divitis Molorchi:
 Vos nunc omnia parva qui putatis,
 Centeno gelidum ligone Tibur,
 Vel Præneste donate, pendulamque
 Vni dedit Setiam colono .
 Dum me judice, præferantur istis.
 Juli jugera pauca Martialis.

De Philænide. 65.

Oculo Philænis semper altero plorat.
 Quo fiat istud quæritis modo? lusca est.

Ad Linum. 66.

Egisti vitam semper, Line, municipalem;
 Qua nihil omnino vilius esse potest.
 Idibus, & raris togula est excussa Kalendis.
 Duxit & æstates synthebis una decem.
 Saltus aprum, campus leporem tibi misit in emunt.
 Silva graves turdus exagitata dedit.
 Raptum flumineo venit de gurgite piscis :
 Vina rubens fudit non peregrina cadus.
 Nec tener Argolica missus de gente minister,
 Sed stetit inculti rustica turba foci.
 Villica vel duri compressa est nupta coloni,
 Incaluit quoties faucia vena mero.
 Nec nocuit rectis ignis, nec Sirius agris;
 Nec mersa est pelago, nec fluit ulla ratis.
 Supposita est blando nunquam tibi tessera talos.
 Alea sed pareæ sola fueræ duces.
 Dic ubi sit decies, mater quod avara reliquit?
 Nasquato est, fecisti reu, Line, dissipilem.

In Prætorem. 67.

Prætorem pauper centum sestertia Gaurus.
 Orabar cana notus amicitia:
 Dicebatque suis haec tantum deesse trecentis,
 Ut posset domino plaudere justus eques.
 Prætor ait: scis me Scorpo, Thalloque daturum:
 Atque utinam centum millia sola darem!
 Ah puder ingratæ, pudet ah male divitis arcæ.
 Quod non vis equiti, vis dare, Præter equo?

Ad Sextum. 68.

Invitas centum quadrantibus, & bene cenas.
 Vt cenem invitor, Sexte, an ut invideam?

Ad Papilum. 69.

Tu Setina quidem semper, vel Massica ponis.
 Papile, sed rumor tam bona vina negat.
 Diceris hac factus cælebs quater esse lagena.
 Nec puto, nec credo, Papile; nec sitio.

De Ammiano, ad Maronillum. 70.

Nihil Ammianus præter aridam restem.
 Moriens reliquit ultimis pater ceris.
 Fieri putaret posse quis, Maronille,
 Vt Ammianus mortuum patrem nollet?

Ad Sempronium Rufum. 71.

Quero diu totam, Semproni Rufi, per urbem;
 Si qua puella ueget, nulla puella negat.
 Tanquam fas non sit, tanquam sit turpe negare:
 Tanquam non liceat, nulla puella negat.
 Casta igitur nulla est? castæ sunt mille. quid ergo
 Casta facit? non dat: non tamen illa negat.

Ad Quintum. 72.

Exigis, ut donem nostros tibi, Quinte, libellos.
 Non habeo; sed haber bibliopola Tryphon.
 Æs dabo pro nugis, & emam tua carmina fauiss.
 Non, inquis, faciam tam fave: nec ego.

De Vestino. 73.

Cum gravis extremas Vestinus duceret horas,
 Et iam per Stygias esset iturus aquas,

100 M. VAL. MARTIALIS

Vltima volentes oravit pensa sorores,
Ut traherent parva stamina pulla mora:
Iam sibi defunctus, caris dum vivit amicis,
Moverunt tetricas tam pia vota deas.
Tum largas partitus opes, à luce recessit:
Seque mori post hoc credidit ille senem.

Ad Cæsarem, de damis cum canibus commissis. 74.

Adspicis, imbellis tentent quain fortia damæ
Prælia? tam timidis quanta sit ira feris?
In mortem parvis concurrere frontibus audent,
Vis, Cæsar, damis parcere? mitte canes.

De Nigrina. 75.

O felix animo, felix, Nigrina, marito,
Arque inter Latias gloria prima natus.
Te patrios miscere juvat cum conjugé censur,
Gaudentem socio participique viro.
Arserit Euadne flaminis injecta mariti,
Nec minor Alcestem fama sub astra ferat.
Ta melius: certo meraisti pignore vitæ,
Ut tibi non esset morte probandus amor.

In avarum amicum. 76.

Millia misisti mihi sex bis-sena petenti:
Ut bis-sena feram, bis duodena petam.

In Zoilum. 77.

Nunquam divitias deos rogavi,
Contentus modicis, meoque lætus.
Paupertas, veniam dabis, recede.
Caussa est quæ subiti novique voti?
Pendentem volo Zoilum videre.

In Afrum. 78.

Condita cum tibi sit jam sexagesima messis,
Et facies multo splendeat alba pilo:
Discurris tota vagus urbe, nec ulla cathedra est,
Cui non mane feras irrequietus ave.
Et fine te nulli fas est prodire tribuno,
Nec caret officio consul uterque tuo.
Et sacro decies répetis pallaria clivo,
Sigerosque meros, Partheniosque sonas,

RTIALIS
sa sorores,
a pulla moe:
m vivit amio:
vota deas.
luce recefit:
dit ille sene:

is cum car:
74.
un fortis dam:
a fit ira feris:
rontibus aude:
nitte canes,

75.
narito,
ima nurus,
njugae canis,
viro,
mariti,
altra feri,
re vita,
dus amor,

76.
tent:
peram,

melli,
bedu eti,

me:
2:
bedu eti,

EPIGRAMMAT. LIB. IV. 101.

Hæc faciant sane juvenes; deformius, Afre,
Omnino nihil est ardeline sene.

Ad Maronem. 79.

Hospes eras nostri semper, Maro, Tiburtini.
Hoc emis. imposui: rus tibi vendo tuum.

In Mathonem. 80.

Declamas in febre Mathon: hanc esse phrenesia
Si nescis, non es sanus, amice Mathon.
Declamas æger, declamas hemitritæus.
Si sudare aliter non potes, est ratio.
Magna tamen res est erras; cum viscera febris
Exurit, res est magna, tacere, Mathon.

De Fabulla. 81.

Epigramma nostrum cum Fabulla legisset,
Negare nullam quo queror puellarum:
Semel rogata bisque terque neglexit
Preces amantis. jam, Fabulla, permitte:
Negare jussi, pernegare non jussi.

Ad Rufum, ut Venulejo libros suos
comendet. 82.

Hos quoque commenda Venulejo, Rufe, libellos,
Imputet & nobis otia parva, roga:
Immemor & paullum curarum, operumque suorum,
Non tetrica nugas exigit aure meas.
Sed nec post primum legat hæc, summumve trien-
tem;
Sed sua cum mediis prælia Bacchus amat.
Si nimis est legisse duos; tibi charta pligetur
Altera: divisum sic breve fiet opus.

In Nævolum. 83.

Securo nihil est te, Nævole, pejus: eodem.
Sollicito nihil est, Nævole, te melius.
Securus; nullum resalutas, despicias omnes.
Nec quisquam liber, nec tibi natus homo est.
Sollicitus; donas: dominum regemque salutas:
Invitas: esto, Nævole, sollicitus.

In Thaidem. 84.

Non est in populo, nec urbe tota,
A se Thaida qui probet futuram;
Cum multi cupiant, rogentque multi.
Tam casta est, rogo, Thais? immo fellat.

In Ponticum. 85.

Nos bibimus vitro, tu murrha, Pontice, quare?
Prodat perspicax ne duo vina calix.

Mittit librum Apollinari. 86.

Si vis auribus Atticis probari,
Exhortor, moneoque te, libelle,
Ut docto placeas Apollinari.
Nil exactius, eruditiusque est;
Sed nec candidius, benigniusque.
Si te pectore, si tenebit ore;
Nec ronchos metues maligniorum.
Nec scombris tunicas dabis molestas.
Si damnaverit; ad salariorum
Curras scrinia protinus licebit,
Inversa pueris arande charta.

Ad Fabullum, de Bassa. 87.

Infantem secum semper tua Bassa, Fabulle,
Collocat, & lusus deliciasque vocat.
Et, quod mireris magis, infantaria non est.
Ergo quid in causa est? pedere Bassa solet.

In dissimulatorem. 88.

Nulla remisisti parvo pro munere dona,
Et jam Saturni quinque fuere dies.
Ergo nec argenti sex scriptula Septitiani,
Misso nec à querulo mappa cliente fuit?
Antipolitano nec quæ de sanguine thynni
Testa rubet; nec quæ coctana parva gerit?
Nec rugosarum vimen breve Picenarum?
Dicere te posses ut meminisse mei.
Decipies alios verbis, vultuque benigno:
Nam mihi jam notus dissimulator eris.

Adlibrum. 89.

Ohe, jam satis est, ohe, libelle;
 Iam pervenimus usque ad umbilicos.
 Tu procedere adhuc, & ire queris;
 Nec summa potes in scheda teneri:
 Sic tanquam tibi res peracta non sit,
 Quæ prima quoque pagina peracta est.
 Iam lector queriturque, deficitque
 Iam librarius hoc & ipse dicit:
 Ohe, jam satis est, ohe, libelle.

M. V A L.

M A R T I A L I S

Epigrammatum.

LIBER V.

Cæsari (Domitiano) librum
 mittit. I.

Hoc tibi, Palladiæ seu collibus uteris Albæ,
 Cæsar, & hinc Triviam prospicis, inde
 Thetin:
 Seu tua veridicæ discunt responsa forores,
 Plana suburbani qua cubat unda freti:
 Seu placet Æneæ nurrix, seu filia Solis,
 Sive salutiferis candidus Auxur aquis;
 Mittimus, ð, rerum felix turela, salinsque,
 Sospite quo gratum credimus esse Iovem.
 Tu tantum accipias; ego te legisse putabo:
 Et tumidus Galla credulitate stuas.

De eodem. 2.

Matronæ, puerique, virginesque,
 Vobis pagina nostra dedicatur.
 Tu, quem nequitiae procaciores
 Delectant nimium, salesque nudis,